

Markus Burmeister


**HISTORIA || DE TRISTISSIMO || PRIMORVM PARENTVM || lapsu, & de laetissima
natiui-||tate ac intercessione filij Dei Do-||mini Iesu Christi Redem-||ptoris nostri.||
CARMINE ELEGIACO || in Academia Rostochiensi || scripta || à || MARCO
BVRMEISTERO || Hamburgensi LL. Studioso.|| ... ||**

Rostock: Möllemann, Stephan, 1584

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1687990034>

Druck Freier  Zugang





Cq-1386

HISTORIA
DE TRISTISSIMO
PRIMORVM PARENTVM
lapsu, & de lætissima natiui-
tate ac intercessione filij Dei Do-
mini Iesu Christi Redem-
ptoris nostri.

CARMINE ELEGIACO
in Academia Rostochiensis
scripta

à.

MARCO BURMEISTERO
Hamburgenfi LL. Studiofo.

Esa. 9.

*Puer natus est nobis, & fili-
us datus est nobis*



R O S T O C H I I
Imprimebat Stephanus Myliander.
Anno Salutis.
M. D. LXXXIII.

*Theoderichus à Beuernest, residens
in Lüsewitz, prope Rostochiū,
Dño Hieronymo Schjirlanko pastori in pra*

MAGNIFICIS ET AMPLISSIMIS
viris Nobilitate generis, singulari pietate, eruditione &
virtute ornatis: ac praestantiss: Dominis D. THEO-
DORICO BEVEBNESTO, D. KVN
BASSEVITZ Equitib. Megapolitan. ac Opt.
adolescen. Nobili GREGORIO BEVER-
NESTO, Musarum patronisi fideliss: Do-
minis suis omni officiorum genere
colendissimis. S. D.



*M*usarum vigiles qui semper amatis
alumnos,
Vix praestantes, integritate viri.
Nota mihi satis est animi clementia
vestri,

Atq; erga Aonium candor amorq; chorum.
Offero consueto hunc vobis de more Libellum,
Atq; patrocinium carmine mite peto.
Qua licet egregiis non sint formata figuris,
Pondera nec dulcis ulla leporis habent.
Ore fauete tamen queso vultuq; sereno,
Mentis opus grata, suscipite meum.

Car.

*Carmina quapropter memorem testantia mentem,
Quam placide Domini, perlegite mei.
Vilia sunt sanè, nullumq; merentur honorem,
Et minimè à tantis inspicienda viris.
Sed quia sacra canunt domini in cunabula Christi,
Hac vobis saltem parte placere queant.
Quando meis maior studijs accesserit usus,
Dante Deo his vobis nobiliora canam.
Interea Pyllos seruet vos Christus in annos,
Vosq; regat mitis, qui regit astra Deus.*

V. M. & Dignitati

Additifs.

MARCUS BURMEISTERVS
Hamburgensis, LL.
studiofus.

A 3

CAR-



C A R M E N:
D E T R I S T I S S I M O
L A P S V G E N E R I S H V M A N I,

& de salutifera natiuitate filij
Dei Iesu Christi.



I veterum oblectat mores retinere parentū,
Et natalicij's festa parare ducum.
Ingrati essemus, si indicta hæc Carmine
abiret,
Carmine, perpetuo concelebranda dies.

In quo dilecti cælestis Imago parentis
Nostra fit, ex pura virginitate Caro.
Reddat vt amissæ nobis pia gaudia vitæ.
In Paradisiaco, fraude Draconis agro.
Nullus enim tam sanctus erat fortisue bonusue,
Nullus ab humano sanguine natus erat:
Qui posset nostrum superare viriliter hostem,
Et rursus facilem conciliare Deum:
Hic nisi cælesti veniens Mediator ab arce,
Vnicus, æterni dulcis Imago Patris.
Quem sancti quondam voluere videre Prophetæ,
Et primæuorum turba beata patrum:
Sed quia promissi non venerat hora diei,
Cernere natalem non potuere D E I.
Cum verò lætis tempus laudabile signis
Instaret, non spes illa fefellit eos.
Nam, Deus omnipotens, veluti promiserat ipsis,
Natum cælesti mittit ab arce suum.

Qui

Qui uenit in mundum, limenq; relinquit Olympi,
Et sit tam miseræ conditionis homo.
Induit humanam diuina potentia massam,
Sordida quæ stygij præda Draconis erat.
Quis iam non gaudens proferret iubila læta?
Nec caneret puero carmina digna nouo?
Qui propter mortale genus mala passus acerba,
Pro nobis etiam vulnera sæua tulit.
Quare nos sæuus nil quicquam terreat hostis,
Qui nos sanguineo perdere Marte studet.
Nil nobis Sathanas, nil mors, mundusq; nocebit,
Hæc eadem natus ni uolet ille puer.
Hæc benefacta pij diuino Carmine Patres
Atq; Prophetarum turba beata canit.
Hæc etiam summis Ecclesia laudibus ornat,
Et celebrat summum uoce canente DEVM.
Laudat diuinis hæc facta stupenda Camœnis,
Ut sciat immensum totus id orbis opus.
A nobis igitur iam functio nostra requirit,
Muneris hoc etiam nunc reor esse mei:
Vt cum diuina, succincto Carmine, gente
Æterni celebrem facta stupenda DEI:
Cum uerò tales nequeam proferre labores,
Ni Deus auxilio consilioq; iuuet:
Inuoco te summum deuoto corde Parentem,
Ut sis incepti fons & origo mei.
Christe benigne tuo mihi nunc opus esse fauore:
Sentio, diuinam (quam potes) affer opem.
Spiritus alme mihi scribenti suggere vires,
Tu mentem nostram, tu calamumq; rege.
Numine diuino tu carmina nostra gubernas,
Et dubium tremulæ dirige puppis iter.

A. 3.

Cum.

Cum fueris ductor, tunc Carmina nostra valebum,
Nominis ad laudes Christe benigne tui.
Cum Deus ex nihilo cælum terramq; creasset,
Fecissetq; suo cuncta creata λόγῳ:
Format primæquos summa integritate parentes,
Hisq; voluntatis dat noua iussa suæ.
Vos eritis domini cæli terræq; potentes,
Subdita sint vestro cuncta creata iugo.
Hæc cum fatus erat, sacrum quem fecerat hortum,
His tribuit tali conditione **DEVS**:
Sit vobis licitum cunctos decerpere fructus,
Nam causa veltri cuncta creata vigent:
Attamen hæc arbor, medio quæ floret in horto,
Et quæ præ reliquis dulcia poma gerit:
Sit velut infandum vobis fugienda venenum,
Si modò perpetuum vultis amare bonum.
Nam quacunq; die fructus decerpitis istos,
Contra mandatum carpitis ambo meum.
Insuper æterna vos morte peribitis ambo,
Et capiet cæli gaudia nullus homo.
Hæcigitur studio mandata tenete fideli,
Si vultis cæli commoditate frui.
Interea Sathanas arrectis auribus astat,
Percipiens animo dulcia verba Dei.
Stat, trepidat, quassatq; caput, dentesq; retundit,
Verbaq; flammifera talia fauce refert:
Heu mihi, quod nequeam solito delere furore,
Stirpem, cui cæli iam tribuuntur opes.
Ecce Lutum, cæli sibi nunc ascribit honorem,
Immò se summum iam putat esse Deum.
Hoc ego non patiar, nec fert hæc nostra potestas,
Non ego natura talia ferre queo.

Omnes tentabo potius fraudesq; dolosq;
Quas didici technas insidiasq; meas:
An possem sensus & eorum vertere mentes,
Ut fiant domino perfida turba suo.
Per campos igitur viridantes lubricus errat,
Arboris & vetitæ deniq; robur adit,
In qua more suo septena volumina fingit,
Et reputat tetrum corde latente dolum.
Interea viridem speciosa perambulat hortum
Fæmina, concesso non comitata viro.
Peruenit ad vetitos lento pede deniq; fructus,
In quibus est iusti cognitioq; mali.
Sistit, & ardenti viridantia poma palato
Expetit, & dextra concupit illa manu,
Ergo ut eam posset verbis superare dolosis,
Possit ut huic summum fraude parare malum:
Non grauibus verbis, tumida non æstuat ira,
Non etiam lingua verba superba tonat:
Sed sua mordaci constringit guttura freno,
Ut nequeant aliud nil nisi dulce loqui.
Non secus ut faciunt nocturno tempore fures,
Alterius rapiunt quando latenter opes.
Sic etiam Sathanas cunctorum causa malorum,
A quo triste malum, semina prima, trahit:
Ut fur occulta fallaciter vititur arte,
Omnia qua nobis pernitiōsa struit.
Nam venit Adamo somni gravitate fruente,
Ipso perniciem non vigilante struit.
Non etiam insidijs constantem fallit Adamum,
Decipit haud firmi fortia corda viri:
Sed fallit fragilem dulci sermone puellam,
Crimina fæminea conficit ille manu.


Insuper ingentem tacita regit arte furorem,
Mel gerit in lingua, corde venena tegit.
Cur hæc poma tuis sic inspicias inquit ocellis,
Quid iuuat aspectus, si bonus vsus abest?
Carpe modò dulces tremulo sine pectore fructus,
Lumina quæ subito splendidiora dabunt.
Mobilis hic dubia respondit voce puella:
Carpimus ex cunctis fructibus ore cibos:
Attamen ex illa vetuit Deus arbore nobis:
Carpere furtina dulcia poma manu.
Callidus at Serpens ô pectora plena timoris.
Creditis hæc? certè vos grauis error agit.
Turpe quidem dictu, sed si volo vera fateri,
In vestro mens est inuidiosa DEO.
Illud enim metuit, cum fructibus vteris illis,
Lumina ne fiant splendidiora tibi.
Ipse quidem fœlix, cui contigit ista voluptas,
Possit vt æternum corde videre Deum:
Sed fieri sapiens velut est tuus ipse creator,
Hoc opus hic labor est, hoc erit artis opus.
Sin autem nimium grauis hic labor esse videtur
Carpere porrecta dulcia poma manu:
Hoc ego promptus ero pro vobis munere fungi,
En cape, quæ certæ poma salutis erunt.
Sic ait, & vetitum decerpit ab arbore pomum,
Porrigit ah homini noxia cuncta malo.
Hæua sed æterni spernit mandata parentis,
Et magis astuti iussa Draconis amat.
Nititur in vetitum, decerpit ab arbore fructus
Noxia ab æterno poma negata DEO.
Pulchra placent oculis, pulchris mens stulta mouetur,
Per pulchrum pomum pulchra puella perit.

Per

V. 413



Insuper ingent
Mel gerit i
Cur hæc poma
Quid iuuat
Carpe modò
Lumina qu
Mobilis hic du
Carpimus
Attamen ex ill
Carpere fu
Callidus at Ser
Creditis hæ
Turpe quidem
In vestro m
Illud enim me
Lumina n
Ipse quidem fo
Pofsit vt æ
Sed fieri sapien
Hoc opus h
Sin autem nim
Carpere po
Hoc ego prom
En cape, qu
Sic ait, & verit
Porrigit ah
Hæna sed æteri
Et magis a
Nititur in verit
Noxia ab æ
Pulchra placen
Per pulchru



t arte furorem,
e venena tegit.
is inquit ocellis,
nus vsus abest?
sine pectore fructus,
didiora dabunt.
voce puella :
ctibus ore cibos:
arbore nobis:
ma manu.
plena timoris.
trauis error agit.
plo vera fateri,
sa DEO.
tibus vteris illis,
diora tibi.
git ista voluptas,
videre Deum :
ipse creator,
oc erit artis opus.
labor esse videtur
oma manu :
obis munere fungi,
salutis erunt.
arbore pomum,
cuncta malo.
lata parentis,
onis amat.
o arbore fructus
egata DEO.
ris mens stulta mouetur,
chra puella perit.

Per

Vide supra 28